



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs David. Coeli enarrant gloriam dei, Et opera manuum eius
annunciat firmamentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

COELI enarrant gloriam dei, Et opera manuum eius annunciant firmamentum.

Hunc psalmum esse de ministerio Evangelico intelligendū, docet & cogit Paulus Ro. x. dicēs: Nunquid nō audierunt? Et quidem in omnē terram exiit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Vnde cœlos, firmamentū, firmamentū, forlem, dies, noctes & similia, allegorice oportet accipere, quibus succundis inuolucris, nos spiritus trahit, ab hoc uisibili mundo, ad spectaculum, cuiusdam noui mundi, in quo, alij cœli, noctes, dies sint, quorū in hoc mundo figurā & umbram uidemus. Cogit ergo nos hic ipsa euidentis circūstantia & consequentiā dīctorum, tum autoritas noui testamenti, allegoriam apprehendere, quæ alioquin tractatori scripturā fugienda est, quantum fieri potest, ne simplicitate sensus amissa, uagetur in mortuis suis somnijs. Sic enim sæpe dicimus, nō licere in scripturis allegorijis ludere (saltem in contentione) nisi alijs scripturæ locis, euincatur allegoria.

Diximus autē in superioribus quoque, spiritū solere aliquādo uerbis allegoricis uti, dum res quasdam allegoricas (ut sic dixerim) tractat. Sic psal. ij. Reges eos in uirga ferrea &c. Cum Euangelium sit dulce & molle, apparet tamē carni ferreū, rem gloriosam tenuibus & humilibus uerbis eloquens. Contra hic, uelut in sublimi genere dicendi res quæ in oculis hominum uiles sunt, magnificis & potentibus uerbis eloquitur, figurata incedens oratione, pene per totum cœlos appellans eos, qui per ipsa & feces mundi erant, ac uere quædam allegoria uiua, quæ aliud gerebat, & aliud erat.

Apostolicum Cœli igitur sunt, Apostoli & quotquot funguntur Apostolico ministerio, id est, officio uerbi. Atque hic egregia eloquētia uidebimus nobis dīseri, quid sit Euangelium, quid sit esse Apostolum seu Episcopum in ecclesia, tum quæ sit eius debet, qui Episcopum agere uelit. Primum, Cœli esse debent & qualis esse firmamentum, obsecro, quid hic non uirtutis in Ecclesiastico ministerio exigatur: Cœli sunt thronus, & habitaculum dei, sicut Isai. lxvi. dicit, Cœlum mihi sedes est. Inhabitātem ergo deum habeat, pontifex Ecclesie dei, ut sit sine crimine, & omnibus dotibus ornatis, quibus eum Paulus Tit. ij. & Timot. iij. describit, cœlesti scilicet uita, & deo digna conuersatione degens in terris, qua puritate mereatur erudiri desursum & docibilis dei esse, ut terrenis hominibus, non sua, sed diuina tradat. Deinde firmamentum sit medium aquarum, sic enim cœlos appellare placuit Gen. ij. propter futura mysteria, quia Episcopus & uerbi minister firmus esse debet in fide, cum in medias persecutionum aquas propter uerbum dei ponatur, ne uel superioribus uel inferioribus cedat, nec prosperis, nec aduersis commotus, atque hæc quidem personam absolunt, quibus erit sanctus deo, firmus hominibus: Si enim mercennarius fuerit, fugiet, & non firmamentum, sed nubes sine aqua, aut uapor modicum parens erit.

Officium ue-


Officium uero est enarrare gloriam dei, & annūciare opera manuum eius. *Officium Episcopi.*
 Sed quod puris, citra figuram, uerbis describitur, quo & cogimur cœlos intelli-
 gere quosdam homines, cum enarrare & annūciare cœli uisibiles non pos-
 sunt, neq; enim os, linguam aut uocem habēt, nisi allegorizare uellemus, qua-
 re uides Apostolis apostolicisq; uiris, non scripturas, sed uoces uiuas in Ecce-
 lesiasticas mandari. Atq; hac ratione Episcopos & omnes missas absolue-
 re sic uocantur, etiam si una die omnes preclias & omnes missas absolue-
 rint. Non enim officium eorum est legere horas canonicas, missas frequen-
 te, in templis boare, organis musicis strepere, & surdis ac mutis uocibus om-
 nia implere, deniq; neq; miracula facere, aut optimis operibus, studijs, exerci-
 tjs uitam exornare, exemploq; bono alijs lucere satis fuerit: Sed enarrare &
 annūciare & alijs in uerbo seruire, quod qui faciūt ubi sunt: nec satis est enar-
 rare aut annūciare quoduis, ne scilicet gloriam hominum, aut opera manu-
 um hominum annūcient, sed gloriam dei & opera manuum eius, hoc est,
 non nisi Euangelium. Quid enim est Euangelium, nisi annūciatio gloriæ dei
 & operum eius: id est Iesus Christus filius dei, Quod uidebimus, si quid glo-
 ria dei & opera manuum eius sint uiderimus. *Euangelium quid sit.*

Paulus, i. Corint. j. dicit: Nos predicamus Christum, Iudæis scandalū, genti-
 bus stultitiā, Ipsi uero uocatis sanctis, dei uirtutē & sapientiam. Solus em̄
 dei est iustitia, ueritas, sapientia, uirtus, sanctitas, salus, & omne bonum. No-
 stra autem est iniuitas, insipientia, mendacium, infirmitas & omne malum, *Gloria dei & nostra.*
 ut hæc omnia abunde in scripturis probant, & nos in superioribus sapius do-
 cuimus. Omnis enim homo mendax, & perditio tua Israel. Hinc omnes ua-
 cui sunt gloria dei, & non potest gloriari in cōspectu eius omnis caro, ut Pau-
 lus Rom. iij. dicit: At Christus factus est nobis a deo iustitia, sapientia, sancti-
 ficatio & redemptio, & per eum gloria dei habitat in terra nostra, & iustitia de
 cœlo prospicit, ut qui gloriatur in domino gloriatur. Benedixit enim nos de-
 us & pater misericordiarum omni benedictione cœlesti in spiritualibus, uerū
 non nisi in Christo. j. Cor. j.

Quare gloria dei enarrari non potest, nisi simul ignominia hominum enar-
 retur. Nec deus uerax & iustus & misericors predicatur, nisi nos mendaces &
 peccatores & miseri predicemur. Quæ si crediderimus utraq; salui erimus, &
 misericordia dei in nobis regnabit in gloriam eius. Sic psal. lx. Tibi soli pec-
 caui, ut iustificeris in sermonibus tuis. Ita nihil in nobis est unde gloriemur,
 sed omnia abundant unde confundamur, Est autem in deo unde gloriemur,
 & nihil unde confundamur. Ex quibus colligitur gloriam dei esse duplicem, *Gloria dei duplex.*
 eam qua nos in ipso gloriamur, pura conscientia per misericordiam eius gra-
 titiam donata, & eam qua ipse in nobis & a nobis glorificat. Et enarrari glo-
 riam dei aliud non esse, nisi predicari id in quo deus glorificatur & nos glo-
 riamur, hoc est, uniuersa inestimabilis misericordix suæ mirabilia & diuitias
 gloriæ misericordiarum suarum super nos effusas, quod est uere Ihesum Christū
 & Euangelium pure doceri.

Vide ergo q̄ spiritus breuissimo uerbo tantas res elocutus sit, nec solum Christum pre-
 breuissimo, sed apertissimo quoq; Nam non solum res, sed & usum rerum expr̄-
 mit, Multi enim Christum predicant, sed ita, ut usum & beneficiū eius nunq;
 intelligant aut dicant, ut facit uulgus illud concionatorum, qui nō nisi histo-
 rias Christi predicant, dum optime predicant, At non est Christiana predica-
 tio, si histo-

TIO
s,
2.
cius annuci
docet & cogit
in e terram exi
firmamentū for
uendū in uo
cuiusdam no
figurā & um
consequentia
ere, quæ alio
simplicitate
mus, nō lice
scripturæ for
bis allego
al. ij. Reges
et tamē car
Contra hic,
sunt, ma
e, pene per
uere quæ
ministerio,
isseri, quid
tum qua
lebent &
rio exi
elum mī
t sit sine
mot. iij.
n terris,
nis ho
n aqua
ia, quia
persecu
ferioris
sonam
nnari/
modi
m ue



tio, si historice Christum prædices, nõ hoc gloriam dei prædicare est. Sed si docueris historiam Christi eo pertinere, ut nobis profit credentibus ad iustitiam & salutem, ut non sibi, sed nobis omnia fecerit, uoluntate dei patris, & omnia quæ in Christo sunt, nostra esse sciamus. Hæc fides & sciẽtia domini facit nos amare, gloriari & glorificare. Hanc gloriam Moses & prophete & si cognouerunt, non tamen enarrauerunt, sed enarrandam aliquando prædixerunt, cum doctrina legis potius gloriam hominum & ignominiam dei operaretur, dum per opera legis aut superbi præsumerent, aut desperati deum odirent homines, cœlorum est hæc enarratio. Vnde & hic psal. unus est locus, in quibus Roma. j. Apostolus dicit, Euangelium esse promissum in scripturis sanctis per prophetas.

Cum ergo omnia Christi nostra sint, Euangelio docente, & iustitiam non operibus legis, sed gratiæ dei tribuit, se qui putatur, quod & ad Apostoli prædicationẽ sequi putabatur, scilicet, nos iam nõ debere operari bonum, immo facere mala, ut ueniant bona, Peccare ut glorificetur deus, manere in peccato, ut gratia abundet, & ihs similia; Sic enim sapit prudentia carnis, quæ gloriam dei non capit, suffocata in gloria sua, quã Apostolus pulchre confutat Ro. vi. & viij. De qua nunc non est tempus dicendi.

*Opera manuum
dei quæ.*

Opera manuum eius, Hic מַעֲשֵׂי מַעֲשֵׂי, id est, facturæ, fabricæ dicuntur, nõ actiones aut operationes, quas uocant, transeuntes. In quo iterum uirtus gratiæ dei commendatur, & nostra confusio reuelatur: Sunt enim opera manuum dei, ipsæ nouæ creaturæ, ipsi fideles, de quibus Iacobus. j. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut essemus in initium aliquid creaturæ eius. Et Paulus ad Galathas: In Christo enim lesit, neque circũciso, neque præputium aliquid ualeat, sed noua creatura. Non enim uerbum Euangelij, actus agentes mutat, nec respicit ad munera, sed ad offerentem: Quia non opera gratum faciunt apud deum, sed gratus facit opera, nec stat gloria dei nisi in operantibus, neque in operibus. Moses quidem per legem opera mutat, nõ operantes, ideo hypocritas facit, & in speciem iustificat. Euangelium autem uiuificat & ueritatem facit in hominibus. Quod autem de operibus recreationis loquatur, non de creationis ex eo capi potest, quod de Euangelio propheta, in quo docetur, quid ex nobis fieri oporteat. Quod reuera nihil differat creatio & recreatio, cum utraq; ex nihilo operetur: Et omnis creatura sit opus manuum dei, præter impios, omnia enim alia, non sibi seruiunt, non agunt, sed aguntur & soli deo sunt ad gloriam, ad quorum imaginem & nos fieri oportet. Quid ergo est annũciari opera manuum dei, nisi docere, ueterem hominem crucifigi & nouum in dui, mori Christo, & resurgere cum Christo, & sic impleri in nobis gloriam dei.

*Creatio & re
creatio non
differunt.*

Vbi iterum uides, quod breui & apto uerbo, eloquatur spiritus, non solum mysteria Crucis Christi, sed & usum & beneficiũ eius, ut & hic discas, meros esse fabulatores, qui Christi passionẽ prædicant historico more, nullum eius usum & fructum docentes, qui est, ut opera manuum dei efficiamur. Vbi ergo manebit lib. arbi. ubi facere quod in se est: cum hic fieri nos doceamur, nõ facere, & nõ nos operemur, sed deus nos operetur, facturæ nõ factores simus. Funditus scilicet ruit omnis Theologia superborum. Atque hæc est causa, quare Coelos & firmamenta esse oporteat eos, qui hæc enarrant, cum sint aduersaria toti mundo, maxime sapientibus, sanctis & potentibus, quorum furis & turbibus ne cedant necessum est.

Dies diet